

tronat part. 2. libr. 1. quæst. 1. art. 9. 10. Fachinæ, controv. lib. 7. cap. 72. Azor. dñs. c. 36. quæst. 13. Barbos. sen. in l. Titia. nu. 46. ff. solut. matrim. Castill. sup. nu. 5. vers. Inferunt, quoque, Monet. c. 5. quæst. 3. nu. 71. 72. Barbos. dñs. l. 3. nu. 61.

Ibi: Non sic poterunt iste Decima in laicos transmitti.

- 62 Laiici prohibentur; Decimas ante Concilium Lateranense sibi concessas, ad laicos, etiam cum Episcopi consensu: transferre; Marescot. d. cap. 95. ex nu. 19. Azor. ubi sup. Barbos. sen. in dñs. l. Titia. n. 45. vers. Non obstat secundo, Rebus. d. q. 10. num. 11. 15. Castill. ubi proxime, Aug. Barbos. d. cap. 26. l. 3. nu. 63. Contra tenent Glos. in d. cap. prohibemus, verb. laicos, Menchac. d. num. 2. Guttier. d. c. 15. n. 7. vers. Sed respondendum, Suar. nu. 8. 12. Cevall. quæst. 367. Gilchen. de prescr. part. 3. c. 8. à nu. 9. Garcia de expens. c. 6. num. 97. cum seqq. Cabed. Lufstan. decision. 63. nu. 8. part. 2. Sed in Hispania hi, qui Decimas possident, vulgo, Tertias, eas, sicut cetera bona alienant, ut testantur 1. Castill. nu. 3. Guttier. & Menchac. supr. Ratio est, nam postquam in laicos fuerunt translate, in eorumdem patrimonio fiunt, & ut profana habentur, argum. l. pater filium 36. §. quindecim. ff. de leg. 3. & cap. 2. de feud. Castill. d. c. 11. n. 1. Valatc. de jur. empheut. quæst. 15. nu. 5. vers. Quibus accedit. Castill. in l. 13. Taur. vers. Veinte y cuatro horas, Cabed. n. 3. Cancer. variar. part. 1. c. 23. ex nu. 14. Garcia de benefic. 1. part. cop. 2. n. 29. Barbos. in collectan. ad d. cap. causam. nu. 5. de prescr. Et quamvis de Tertias ad Decimas in fendum datas argumentum non valeat: tamen sententiam Menchac. sustinendo, de qua suprà, non obstat, laicum non posse fieri capacem juris spiritualis, nisi Pontificis autoritate, ut ait Marescot. suprà, num. 21. Non enim jus spirituale ab Ecclesia in laicos transfertur per concessionem Decimarum, sed titulum temporalem ad commodum; & utilitatem fructuum percipiendam, Castill. cap. 10. ex nu. 5. Balboa in c. causam, n. 7. 8. de prescr. Redoan. de spoliis Clericor. quæst. 14. n. 14. cum, seqq. Garc. de expens. c. 9. nu. 91. Lafart. de Decim. vend. c. 19. n. 32. D. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 4. ad 3. Cevall. dñs. quæst. 822. n. 78. Suar. c. 30. n. 9. Barbos. in dñs. collectan. n. 3, nam Superioris, ad concedendas laicis Decimas habentis facultatem, autoritate, perceptio earum, quæ connexa est titulo spirituali, potest separari; Thom. Delbene suprà tom. 1. c. 8. dubitat. 29. scđt. 2. nu. 32. Caput autem, prohibemus, de Decim. ut ex se patet, non comprehendit laicos, qui tutu conscientia titulique legitimo Decimas retinent; de quo tamen consulis Castill. dñs. cap. 11. num. 4. 5. August. Barbos. dñs. l. 3. nu. 63.

Ibi: Licet Decimas ante Concilium Lateranense.

- 66 Non minus controvertitur, an Episcopus possit in feudum perpetuo concedere de Ecclesia beneficis eas Decimas, quæ ante Concilium Lateranense erant penes laicos titulo feudi perpetui, si iterum ad Ecclesiam nunc revertantur? Affirmant Gilchen. dñs. cap. 8. à n. 10. Burfat. conf. 127. nu. 122. volum. 2. Imol. in c. 2. de feud. Cardinal. ibi. col. penult. Quibus, & aliis videtur prohibitus non dandi Decimas perpetuo in feudum, esse restringenda ad eas, quæ tunc temporis liberæ existabant; pro quibus facit textus notabilis in c. 2. de feudis, ubi proponitur, Episcopum jurasse, bona Ecclesiæ suæ non

in feudatum? & deciditur, non obstante juramento, posse in feudum concedere rem ad Ecclesiæ regveram, quæ cum juravit, jam erat infeudata. Unde dicendum videtur, posse Episcopum decimas in feudatas tempore Concilii, iterum, si vacaverint, eodem modo in feudum perpetuo concedere.

Sed contra tenuerit Ioan. Andr. & Abb. in dñs. c. prohibemus, Felin. in dñs. c. causam que, col. 2. vers. Facit etiam ad hoc, Claudi. Seysel. in specul. feud. tit. que res in feud. dar. pos. vers. Nibolominus, Menoch. dñs. lib. 6. pres. 86. n. 3. Fachinæ. dñs. lib. 7. c. 72. Beroi. conf. 21. n. 21. vol. 1. Redoan dñs. trahit. de reb. Eccles. non alien. qu. 63. n. 17. cum seqq. & q. 64. n. 3. Marescot. lib. 1. c. 95. n. 20. In qua controversia Suar. supr. n. 9. distinctione usus est, quæ omisita, hanc posteriorem partem sustinendo, Responderi potest ad c. 2. de feud. in eo juramentum intelligi juxta mentem jurantis, & ejus cui juratum est, quæ fuit, ne Episcopus deteriorem facheret Ecclesiæ conditionem, sed illam indemnum servaret in eostatu, in quo tunc reperiebatur; cui minimè contravenitur, si bona, quæ jam erant sub feudo, denudò eisdem conditionibus infendentur, cum per hoc jus Ecclesiæ deterius non reddatur; At prohibito, ne Episcopi decimas dent perpetuo in feudum laicos, ad eorum personas respicit, quibus, abstulit, quam antea habebant, facultatem; qua sublata, nullis ex Decimis feudum perpetuum poterunt concedere: quod & magis receptum videtur.

Vers. Sed si dubitetur, an Decima titulo feudi,

Est hac in re duplex communis, opinio. Prima docet, laicum, possidentem decimatum jus, probare debere præter immemoralem possessionem, feudi concessionem ex fama; Marescot. lib. 1. c. 13. m. 4. & c. 95. n. 23. Cevall. qui communem testatur, quæst. 368. Balboa in c. causam, nu. 51. de prescr. Menoch. conf. 291. nu. 43. & d. presump. 86. nu. 5. Rebus. quæst. 1. n. 69. Suar. c. 27. nu. 4. Barbos. in d. collectan. ad c. causam, num. 4. ad finem, & dñs. c. 26. §. 2. nu. 52. Beroi. conf. 21. nu. 15. Rotæ decif. 474. nu. 3. 4. part. 1. in recent. & apud Duran. decif. 205. nu. 15. quam ita in praxi observare, testis est Tondut dñs. q. 71. nu. 24. At quod sufficiat, allegare titulum feudi concessi ante illud Concilium, & solum probare immemoralem, tenuerit magis communiter DD. & in Gallia observari, tradit Tondut, nu. 25. idemque probant. D. Larrea part. 2. allegat. 69. nu. 17. Molin. de primogen. libr. 2. c. 6. num. 47. Garcia. de expens. c. 9. nu. 96. Mafcard. de probation. tom. 3. conclus. 1372. nu. 32. Guttier. dñs. lib. 1. practicar. c. 16. per totum, Gilchen. dñs. c. 8. n. 13. Noguerol. allegat. 39. nu. 8. Camill. Borel. in summ. decis. tit. 19. nu. 43. Menoch. sibi contrarius de presump. lib. 3. pres. 131. n. 47. Menchac. controv. illus. lib. 2. c. 98. nu. 6. 7. Peregrin. de jur. fisi. lib. 6. titul. 8. num. 21. 22. Avendan. in c. Pretor. lib. 2. c. 4. Gregor. Lop. in l. 23. glos. 2. in fin. ubi hanc magis communem dicit, titul. 20. p. 1. latissimè Castill. c. 3. ex num. 6.

Quæritur, an tutu conscientia possint decimæ retineri ex sola immemorali possessione ab eo, qui neficit, ullum legitimum titulum intervenisse? Affirmant multi apud Peregrinum supr. lib. 4. iii. 8. Anton. Gab. commun. tit. de presump. lib. 5. conclus. 1. nu. 8. & Menoch. d. presump. 86. num. 4. nam ex tam diuturna possessione datur presumpcio, quod præcesserit titulus; quod sufficit ad justificandam Decimarum contentionem, quicquid

alii

alii sentiant cum Thom. Delbene sup. dñs. dubit. 29. scđt. 2. in fine, quibus ad stipulari viderur n. Covar. in presenti, quem sequitur Guttier. n. 2. vers. Non obstant dum docent, laicum teneri ad probandum saltum ex fama, Decimas feudi titulo possidente; licet dubius loquatur.

Ad Num. 6.

Laicus, si spoliatur jure percipiendi decimas, & est ante omnia restituendus, nisi spoliatus ab ea Ecclesia, ad quam de jure Decimas spectabant; quo casu de titulo sua possessionis docere debet, ut restituatur; cap. ult. de restitut. spoliator. in 6. Guttier. d. lib. 2. Canon. ca. 21. à nu. 74. Rebus. d. q. 13. nu. 83. Menchac. dñs. lib. 2. ca. 89. nu. 4. Monet. ca. 5. nu. 87. Augustin. Barbos. supr. dñs. cap. 26. §. 2. nu. 47. & plures relati per Per. Barbos. in l. si de vi, num. 130. ff. de judic. qui omnes de communi restantur.

Ad cap. licet Episcopus 28. de præberd. in 6. ref. 71 pondetur, ibi nihil de restitutione; sed tantum prohibetur, ne Episcopus inauditus spoliatur eum, qui duplex incompatible beneficium possidet: unde non sequitur necessariò, hunc esse restitendum. Siquidem multa fieri vetantur, quæ facta tenuerit, ca. ad Apofolicam, de regularib. l. patre furioso 72 8. de iis, qui sui, vel alieni juri sunt, Argel. de legit. contradic. qu. 3. n. 98. & ita hæc jura conciliat laicus explicans Barbos. in collectan. ad d. c. licet. n. 6. Alias difficultates ex variis Pontificum responsis paritur præfata communis doctrina, de quibus idem Barbos. in dñs. ca. ad Decimas & fulius c. 26. §. 2. ex n. 43.

Vers. Quarto, ab eadem radice.

Laici nullo tempore, etiam immemoriali, possunt jus percipiendi Decimas præscriptions acquirent, Marescot. lib. 1. 13. nu. 2. Cevall. quæst. 822. nu. 77. Barbos. dñs. l. 2. num. 49. 50. Joseph. Ludovic. Perus. decif. 106. num. 8. 9. Cancer. variar. part. 1. ca. 23. nu. 6. Guttier. supr. nu. 71. Suar. dñs. ca. 27. nu. 3. Peregrin. sup. lib. 6. tit. 8. num. 18. Valasc. de jur. empheut. quæst. 17. nu. 15. Monet. 15. à nu. 114. Chaflane. in constitutedin. Burgand. 7. crubr. 1. §. 2. nu. 36. Rebus. dñs. q. 13. à num. 6. Gilchen. p. 3. c. 8. nu. 16. Delbene sup. nu. 21. cum aliis, Menoch. conf. 291. nu. 41. Tondut. d. c. 72. nu. 7. In quo limitatur illa regula, quod tantum possit immemorialis possesso, quantum privilegium Principis; c. super quibusdam 26. §. præterea, ubi Glos. verb. Non extat memoria, de verbis significat. l. 1. §. dubius aquæff. de aqua quotidiana, quod provenit ex incapacitate possessoris, quæ tolli potest per Pontificem, quatenus temporales sunt, ut diximus supr. nu. 65. si Decimas laico concebat, sed non per tempus immemorialis, quam limitationem docent Cardin. Tuscb. lib. 1. conclus. 453. nu. 36. & lit. L. conclus. 342. num. 117. Guevara in propugnat. Ecclesiastic. libert. S. 7. prima assertio. n. 37. Nicol. Gart. de benefic. part. 1. ca. 2. nu. 37. Delbene tom. 1. ca. 1. dubitat. 15. scđt. 3. n. 3. Suar. contrâ Reg. Anglia lib. 4. 32. n. 23. Balboa in dñs. ca. causam. num. 48. cum seqq. de prescr. Castill. ca. 3. nu. 17. Quare laici quoties contendunt, sibi jus esse Decimas percipiendi, pro fundamento sua intentionis debente allegare aliquam concessionem de jure validam; nam si sola in possessione fundetur, obtinere non poterunt; Abbas in ca. cum Apofolica, nu. 12. de his quæ fiunt, Tondut. d. qu. 72. nu. 16. Barbos. n. 52. & omnes communiter.

Faria addit. ad Covar. Tom. I.

Præcipua vero præcedens conclusio limitatur 75 communiter, quando laicus præscribit contra laicum juris Decimarum dolefsorem, absque aliquo Ecclesiæ prejudicio; tunc enim, sicut aliae res profanae, præscribi poterunt; Valafe. sup. a. Rebif. de q. 13. nu. 55. vers. Nisi contra laicos, Menchac. supr. quæstio. 89. nu. 3. Guttier. dñs. libr. 1. practicar. q. 15. nu. 7. Felin. in d. c. causam, qua nu. 4. d. prescr. Castill. ca. 30. nu. 13. Barbos. in dñs. cap. 26. §. 2. nu. 33. Qui intelligit hoc procedere in Decimis perpetuo laicis concessis, Paris. conf. 25. num. 11. lib. 4. Cravet. conf. 479. num. quarto, lib. 3. Balb. de præscr. p. part. 5. quæstio. 7. Cancer. supr. & plurimi alii.

Ibi: Illud tamen hac parte admodum est.

Sic docent omnes, imò nec Summus Pontifex 76 in præjudicium congruae sustentationis, ministrantium spiritualia, quicquam potest statuere, aut concedere, Guttier. dñs. ca. 21. num. 25. 29. Castill. in l. 23. tit. 19. p. rt. 1. Sot. lib. 9. q. 4. art. 1. vers. Ex his subinfertur, Suar. cap. 14. nu. 9.

Ad Num. 7.

Sine dubio est, posse unam Parochiam adversum alteram jus percipiendi decimas præscribere, modo ministrantibus sufficiens portio ad alimenta relinquatur, c. 1. de p. & crip. in 6. ubi noratur, Marescot. dñs. lib. 2. ca. 95. nu. 22. Zarabel. conf. 26. nu. 5. Mil. verbo, præscribi an possit decim. Balbus de præscr. part. 2. p. g. 3. question. 6. num. 10. vers. Limitat istam, Castill. c. 37. num. 1. & multi alii apud Barbos. in collect. ad c. p. cum contingat, numer. 2. & ad ea. cum sint, nu. 2. de decim.

Illud autem controveriam patitur, num Clerici, 78 vel Religiosi, non habentes Parochiam; tale jus præscriptione consequi valent, Negant Suar. c. 3. num. 8. 9. Florentin. in summ. part. 2. tit. 4. ca. 26. n. 3. vers. Et notat quod Episcopus, Affirmant Rebus. d. quæst. 13. num. 63. Turcremat. in ca. fin. quæst. 1. 16. q. 1. Guttier. d. ca. 21. num. 60. Marescot. ubi proxime, qui quadrageniam possessionem cum titulo, aut immemorialem requirit, Castill. capit. 2. nu. 14. Augustin. Barbos. in ca. in aliquibus, nu. 7. de Decim. & dñs. c. p. 26. §. 2. nu. 48. ubi alii, & nu. 55. Quæ sententia veior videtur, siquidem Ecclesiastici cessat ratio incapacitatis possidendi jus spirituale; ex qua sola defendunt laicos Decimas præscribere non posse; qua sublata, sicut privilegio, ita & præscriptione jus Decimas percipiendi per Ecclesiasticos acquiri poterit, cum eandem vim obtineant, Peregrin. lib. 1. tit. 2. nu. 61. Rodulphin. de absolut. Princ. potest. 79 c. 2. num. 13. Nam immemorialis possesso vim obtinet privilegii, Balb. de præscr. p. rt. 2. quinta part. in princ. q. 6. n. 28. Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 9. nu. 14. Rebus. ad leg. Gallic. tit. de consuetud. in prefat. n. 45. Gonzalez. ad regul. 8. Cancellar. gloss. 35. nu. 29. Castill. ca. 3. nu. 6. Avendan. de cens. cop. 8. n. 8. n. 9. Garc. de nobilit. gloss. 12. nu. 54. cum seqq.

Quibus non obstat, quod P. Suar. considerat in contrarium, scilicet ratione in iustitia, quæ hanc præscriptionem comittatur, ut unus ministrer, & alter commodum pro tali ministerio debitum reporter: Nam per præscriptionem semper juri alterius derogari solet; & sicut privilegio Pontificis 80 illa inæqualitas introduci potest, sic etiam &

L. 3. p. 3.

præscriptione. Ipse tamen hanc paritatem negat; per textum in cap. accidentes, 1. de præscriptione, ubi probatur, privilegio eximi posse al quem ab onere, à quo præscriptione non licet. Sed communiter respondet DD. illud procedere, propter specialem prohibitionem præscriptionis, de qua in illo textu, Barbos. ibidem, in collectan. nu. 3. at in casu nostro nullibi prohibetur, quod Ecclesiastici, etiam sine Parochia, Decimarum jus præscribere queant. Sed una Ecclesia non Parochialis contra alteram, quæ parochia non sit, jus percipiendi Decimas quadraginta annis absque titulo præscribit, Marescot. num. 24. ubi sicut totam decidisse testatur, Idem est ad prescribendum contra eum, qui habet Decimas de jure speciali, Barbos. nu. 56. vel de jure communi, quas nunquam possedit: idem num. 57. nam sola quadragenaria possesso five titulo satis erit.

Ibi: Cum aliqui in præscriptione triginta, vel quadraginta.

81 In præscriptions triginta, vel quadraginta annorum nullo jure titulus desideratur, nisi jus communis adversus præscribentem præsumat. D. Covar. in regul. possessor. part. 2. §. 4. num. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 3. prof. 131. à num. 15. Mafcard. de probat. conclus. 13. à num. 91. & conclus. 1177. nu. 108. Gilchen. part. 2. memb. 1. capit. 9. 11. Molin. de just. & jur. d. 75. Tusch. lit. P. conclus. 535. à num. 22. Parisi. in cap. si diligenti. num. 46. de prescript. Pinell. in auth. nisi tricennale, num. 10. in fine, C. de bon. matern. Aegidi. in l. ex hoc jure, part. 1. cap. 8. nu. 74. ff. de just. & jur. de quo latissime per D. Joann. del. Castill. cap. 26. nu. 55. & vers. Secunda conclusio, Petr. Barbos. in rubric. C. de prescript. 30. vel 40. annor. nu. 72. 73. 96. 106. cum sequentib. & nu. 114. cum aliis, Balboa in cap. de quarta, n. 23. & in c. Sanctorum, q. 2. nu. 24. de prescript.

Ad Num. 8.

Ibi: Quibus me hercle opinionibus ea; qua potuimus.

Decimæ tolli, immutarique quoad quotam, consuetudine non possunt, quatenus sunt necessariae ad ministrorum sacrorum sustentationem. Sequuntur. D. Covarruvias Guttier. dict. quest. 13. numer. 54. Didac Perez in l. 1. titul. 5. libr. 1. Ordinamus. Sot. libr. 9. quest. 4. ad 4. Aragon. 2. 2. quest. 87. art. 1. Suar. capit. 12. num. 5. 8. Tondut. dict. capit. 72. nu. duodecimo, Castill. cap. 10. nu. septimo, Anaftas. Germom. de Sacror. immunit. libro tertio, capit. 19. nu. 97. cum sequentibus.

Ibi: Nam etsi possit Princeps, ipsaque consuetudo.

Quid possit Princeps circa jus naturale, & divinum; collige ex Suarez capit. 14. numer. 6. 7. Sanch. de matrim. libr. 8. disp. 6. nu. 5. Azor. part. 2. libr. 4. capit. 18. quest. 1. Mart. de jurisdict. p. 4. cent. 1. cas. 62. nu. 15. Curtelli. de immunit. Ecclesiast. libr. 2. quest. 4. nu. 21. Delbene eod. tract. tom. 1. capit. 1. dubitat. 2. sibi. 3. num. 6. Ceval. quasi. 760. num. 13. Gregor. Lop. in proœmio, part. 2. glo. 6. ad finem, Grammatic. vot. 32. numer. 7. Did. Per. in l. 1. quest. 33. vers. Nec conira, titul. 12. lib. 3. Ordinament. Menchac. supra capit. 5. num. 5. Barbos. Iun. de jur. Eccles. universo, libr.

De Clericis autem, aliosque Ecclesiastici Parochiam non habentibus dicendum est, Decimas non debere

1. capit. 2. à nu. 119. Bobadill. in politic. libr. 2. cap. 10. nu. 7. & quidem doctrina hæc D. Covar. recepta est, ac omnino tenenda.

Vers. Eas verò decimas, que jure tantum humana.

Decimæ quæ jure humano debentur, nec sunt necessariae ad vicum ministrorum, consuetudine tolli, minuivè possunt. Hæc sententia communis est, ut constat ex DD. in principio hujus nu. laudatis, licet eam impugnat Getmon. ubi proxime, & alii non pauci Canonistæ, qui censent, Decimas quadraginta annis absque titulo præscribit, Marescot. num. 24. ubi sicut totam decidisse testatur, Idem est ad prescribendum contra eum, qui habet Decimas de jure speciali, Barbos. nu. 56. vel de jure communi, quas nunquam possedit: idem num. 57. nam sola quadragenaria possesso five titulo satis erit.

Vers. Primum hinc confat.

Quas decimas Clerici solvere, teneantur, tractat 83 latissime Suar. cap. 17. pertotum, Guttier. dict. cap. 21. nu. 52. Pellizar. in manual regular. tom. 2. tract. 8. cap. 7. num. 166. Barbos. dict. cap. 26. §. 3. ex nu. 6. Ant. Hispan. de decim. reg. 10. nu. 16. 17. Valent. 2. 2. tom. 3. disput. 6. quest. 5. punct. 5. Bécan. de just. & jur. in quest. 87. D. Thom. quest. 6. Rebus. quest. 5. Monet. cap. 5. Bonaci. tract. de legib. disputat. ultim. quest. 5. punct. 3. à num. 5. Ex quibus quid hac in re attento jure communi dicendum sit, breviter ostendemus.

Primo, Summus Pontifex ad Decimas solvendas tenetur ex prædiis, quæ titulo temporali possederit, nisi se ipsum eximiat? non autem ad alias: Suarez suprà, num. 8. cum seqq. Rebus. num. 26. Bonac. dict. nu. 5. in fine. Secundo, Episcopi & alii similes Praelati in hoc Pontifici æquiparantur, eo excepto, quod se immunes facere nequeunt à solutione earum Decimarum ex prædiis, Suar. à num. 11. Rebus. nu. 3. 4. Pellizar. ubi sup. Tusch. tom. 2. conclus. 65. Bonac. dict. nu. 5. Monet. cap. 86. Tertiò, Parochi ejusdem conditionis sunt ac Episcopi, nam solum ad Decimas ex prædiis titulo temporali acquisiti sunt obligati; et si in intra propria Parochiæ terminos illa sint sita, l. 2. tit. 10. part. 1. Guttier. Bonac. Pellizar. supr. Soc. dict. lib. 9. quest. 4. art. 4. Suar. à n. 16. Sed Episcopus, & Parochi sunt Pontificis potestati subjecti, ut possit super redditus Ecclesiasticos imponere eis iusta de causa onus aliquod; Episcopus autem à Parochi nihil propria autoritate valet exigere; non tant Suarez nu. 19. Bécan. nu. 3. Ratio præmissorum resolutionum est, nam haec persona Pastorem non habent, à quo Sacraenta percipient, ut el personales decimas solvant quæ hoc titulo debentur cap. ad Apostolicæ 20. §. 1. de Decim. Neque ex redditibus Ecclesiasticis Decimæ penduntur, cap. quest. 46. secundum communem intellectum, 16. quest. 1. Solum ergo ad Decimas prædiales, de quibus diximus, tenentur. Quia prædia illa transiunt cum suo onere in quemcumque possessorum, cum Decimæ onus sit reale, quod rem sequitur, quo cumque vadat, cap. dilect. 8. cap. de terris 16. de Decim. Ceval. tom. ultim. quest. 55. nu. 10. 20. Suarez nu. 8. Lessi. de just. & jur. libr. 2. cap. 39. nu. 23. Bonac. ubi proxime, Guttier. Canonic. libr. 1. cap. 1. nu. 111. Castill. cap. 2. nu. 17. August. Barbos. plures referens in collectan. ad cap. cum sint, num. 3. de Decim. Quod similiter in Tertiis docet Castill. num. 18. & cap. 36. n. 54. Cabed. de patron. Reg. Coron. capit. 181.

De Clericis autem, aliosque Ecclesiastici Parochiam non habentibus dicendum est, Decimas non debere

Variar. Resolut. Lib. I. Cap. XVIII.

127

Vers. Quinto hinc verum esse.

Consuetudo valet eximere laicos à solutione omnium decimarum personalium, sic docet Gregor. Lop. in l. i. glo. mag. vers. Prima, tit. 20. part. 1. Suarez dict. cap. 12. n. 6. & plures, quos refert Menchac. dict. lib. 2. illastr. cap. 89. n. 8. in princip. Guttier. n. 32. Barbos. num. 70. Vivi. N. cap. decis. 4. num. 46. Monet. dict. cap. 5. num. 92.

Vers. Sexta parte.

Ex consuetudine, Decima ad minorem quantitatem reduci potest, modo ministranti spiritualia; quod sufficit ad vicum relinquatur; Castill. numer. 21. Rebus. quest. 13. numer. 46. 54. Farinac. decis. 474. num. 5. tom. 2. Barbos. dict. cap. 26. in princip. numer. 11. Cancer. numer. 12. 27. Suarez dict. cap. 12. num. 5. Guttier. numer. 3. vers. Alii autem, Balb. de præscription. part. 1. partis 5. princip. quest. 7. & est communis. Idem præscriptione docet cum multis Castill. numer. 23. qui numer. 16. cum aliis observat, Decimam appellari, quamlibet partem, quæ Decimæ loco solvatur.

Vers. Septimò eodem jure.

Similiter consuetudine licet ex aliquibus fructibus, Decimam nullam solvere; Perez in dict. l. 1. col. 205. in fin. vers. Est. & aliud. tit. 5. lib. 1. Ordinam. Rebus. d. quest. 13. n. 51. Guttier. n. 40. cum seqq. Suarez n. 15. Barbos. de jure Eccles. univers. lib. 3. c. 26. §. 1. 65. Otter. de pastoris. c. 35. n. 29. Monet. de Decim. d. c. 5. n. 92. Azor. part. 1. libr. 7. c. 37. quest. 2. Castill. n. 8. qui per totum caput secundum docet, haec etiam in Tertiis Regis esse servanda; Valenzuel. cons. 146. n. 10. Pater Vazq. in opuscul. de benefic. c. 1. s. unic. dub. 7. Cancer. suprà. n. 11. 27.

Vers. Octavò ex his.

Ad hæc videndi sunt Guttier. à numer. 43. Perez suprà, fol. 200. vers. Decima preterea, & vers. Est. tamen, Padill. in l. post mortem, numer. 18. 19. C. de fidei. canonic. Azeved. in l. 4. numero secundo, titul. 5. lib. 1. Recopilat. Monet. Jupr. cap. 6. Tusch. conclus. 67. num. octavo, Bonac. dict. quest. 5. punct. 4. numer. 3. Suarez cap. 37. per totum, Barbos. de offic. Paroch. cap. 28. §. 2. numero vigesimo quarto, & de univers. jur. Eccles. dict. c. 26. §. 2. ex n. 21. Guid. Pap. decis. 283.

Ex his deducitur Primum, decimas, etiam antequam petantur, debere; quia ad Ecclesiam pertinent, sine aliqua conditione, cui propriæ sunt, aut faltem debentur, nam in hoc diversæ opiniones sunt. Secundum, debitores non teneri, ad deferendas in horrea Clericorum (etsi non pauci contrarium sentiant, ut Marescot. dict. c. 95. in fine, Cened. ad Decret. collectan. 66. n. 4. Franc. Vivi. decis. 4. n. 33. Franc. decis. 124. à principio.) Quoniam regulariter debitor non cogitur portare debitum ad domum creditoris, nisi sit in pecunia & uterque ejusdem fori, nullusque labor, aut sumptus necessarius sit, ut per Hermos. in l. 56. glo. 6. numer. 129. 130. tit. 5. part. 5. ubi plures allegat. Tertiū, Clericos esse monendos, ut faciant Decimas deferri, videantque acervos metiri; nec licet, ipsi inconsutus, fructus recondere, ne fraudum deretur occasio, l. titul. 5. lib. 2. Recopilat. Imò potest Parochus facere, ut fructus pendentes describantur, secundum Marescot. ubi proxime, num. 33.

L. 4